AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 45r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cientes sublimiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat · cum
uidisset autem ihs fidem illorum & cetera · Lucas autem non commemorat
quo in loco factum sit · sed ita dicit · Et factum est in una dierum · et
ipse sedebat docens · Et erant pharisei sedentes & legis doctores ·
qui uenerant ex omni castello galylee & iudee · & ierlim · & uirtus
domini erat ad sanandum eos · Et ecce uiri portantes in lecto hominem
qui erat paralyticus · & querebant inferre · & ponere ante eum · Et non
inuenientes qua parte eum inferrent pre turba · ascenderunt
supra tectum · & per tegulas submiserunt illum cum lecto in medio ante
ihm · Quorum fidem ut uidit dixit · Homo · remittuntur tibi pec
cata tua · & cetera · Remanet questio inter marcum & matheum ·
quod matheus ita scribit tamquam in ciuitate domini factum sit ·
marcus autem in capharnaum · Que difficilius solueretur · si marcus
etiam nazareth nominaret · Hunc uero cum posuerit ipsa galylea
diei ciuitas xpi · quia in galylea erat nazareth · sicut uniuersum
regnum in tot ciuitatibus constitutum dicitur romana ciuitas · cumque
in tot gentibus constituta sit ciuitas de qua septuagintae dicta
sunt dere ciuitas dei · & cum ipse por ppls dei in tot ciuitatibus
habitans etiam una domus dicitur sit domus isti · qs dubitauerit
in ciuitate sua hoc fecisse ihm · cum hoc fecerit in capharnaum ciuitate
galylee · quo transferendo reducitur · de regione gerasenorum · ut
ueniens in galylea recte diceretur uenisse in ciuitatem suam in
quo cumque oppido eet galylee · presertim qua & ipsa capharnaum
ita excellebat in galylea · ut tamquam metropolis haberetur ·
Quod si prorsus non liceret accipere ciuitatem xpi uel ipsam galy
lea in qua erat nazareth · uel ipsam capharnaum · que sicut
caput galylee ciuitates eminebat · diceremus matheum pre
termisisse que gesta sunt · postea quam uenit ihs in ciuitatem
suam donec ueniret capharnaum · & hoc adunxisse de sanato